UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio II. De sc[...]o titulo iuste possessionis dominiu[m] dicto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

Visual Library

Hic titulus poſſeſſio bonę fidei dictus, quū ſcilicet q̄s bona ſiue mobilia ſiue immobilia poſſidet clericis & religioſis dominiū confert ſiue proprietatē, a quo dominio a nemine expelli & detrudi poſſunt, nec debēt, eis inuitis, quā ꝑ iniuriā, improbitatē, uim, rapinam, ſacrilegia ſiue furtum.

Econtrario euangelici eccleſiarū fures duobus utuntur titulis poſſidendi bona noſtra. Primus uis inermis appellatur, qua ui noſtra bona ut infames & improbi neq; fures rapiunt atq; furantur. Alius eoꝝ poſſidendi titulus uis armata uocatur quādo ſcilicet cum armis uim inferunt, quo hij terrarū nebūlones utunt̄, quū armis eccleſias & monaſteria irrumpūt, dilacerant, deſtruunt, ui om̄ia aufferētes quæ reperiunt. De his duobus famoſis titulis nouoꝝ Chriſtofideliū furū habes ff de ui & ui ar. reliquum apud patibulū inuenient.

Et eſt primi tituli pœna quæ uis inermis dicit̄, q̄a amittunt tertiā partē oīm bonoꝝ ſuoꝝ ſi ſcilicet ſine armis noſtris bōis uim intulerint. Si aūt uim cum armis inferant, in exiliū damnandi ſunt quod relegatio dicit̄. Inſti. de pub. iudi. par̄. Item lex Iulia. de ui pub. & C. ad le. iuliā de ui pub. le. quouiam & le. ij. ff de accuſationibus le. hos accuſare par̄. Omnibus.

## CONCLVSIO II.

De ſcd'o titulo iuſte poſſeſſionis dominiū dicto.

Famoſus eſt qui nullum alienādi legis uel dominij ius habet, audet tamen quæ noſtra ſunt bona ſine ſacto noſtro alienare atq; trāsferre, & ex ſuo delicto meliorē cōditionē ſuā facere.

Secundus iuſte poſſeſſionis titulus, is eſt ut domini ſimus noſtroꝝ bonoꝝ, quæ nullus a nobis rapere debet ſiue alienare, Deuter. v. Non furtum facies. Non concupiſces uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & uniuerſa quæ illius ſunt. Audite nūc Lutherani & euāgelici fures, nō ut modo abſtineatis ab alienis bonis furandis, ſed neq; cōcupiſcere uos decet.

Bona

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bona alienare nemini eſt licitū in terris quā uero domino, aut certe alio eius nomine ſeu uoluntatē. Aut ſi eorꝫ bonorꝫ dominus non eſt, ut lex ei permittat alienationem, ut de tutoribus ſit & curatoribꝰ Inſti. Quibus alie. li. par̄. Nunc admonendi. Et cum creditoribꝰ in pignoribꝰ eo. par̄. Contra aūt.

Quumq; noſtra bona nobis ſurripiant euangelici iſti ſcriniorꝫ expurgatores alienant, conſumunt, ad quæ faciēda noſtram non habent uoluntatē, neq; eorꝫ bonorꝫ ſunt domini, neq; id eis ulla lex mundi permittit, ſed magis prohibet C. de ſacroſanc. eccle. Sanccimus, oportet neceſſario conſequi, ut hæc faciant titulo furti, ſeq; hoc ſcelere criminoſos efficiant neq; iuxta regulā iuris. Quod noſtrū eſt ſine noſtro facto aut uoluntate in nullū aliū trāsferri poteſt ff de re iur. Id quod noſtrum, ſed nec ius eorꝫ quod non habent, in nullū alium transfundere poſſunt. De reg. iur. li. vi. Nemo poteſt plus iuris.

Vbi inq; abſq; noſtra uolūtate noſtra bona alienarentur, fieret noſtra conditio per alium peior, quod per hanc iuris regulam eſt prohibitum. Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri ff de re iur. Non debet.

Sed & cōtra hāc regulā. Nēo ex ſuo delicto cōditionē ſuā meliorē facere poteſt ff de re. iur. Nēo, ut eſt in cōmuni puerbio. Nemo ex alienis quercubꝰ ſuos porcos ſaginare poteſt.

Et hoc ſi dolo & fraude fecērint, ut quum clericos ac religioſos fallunt atq; decipiunt, concutiunt, & quaſi illis conſulturi ſint quæant. ut ſua uendi ſinant, & eiuſcemodi uulpinis caudis per ora molliunt, infames per hoc fiunt diuina lege Leuit. xix. Non decipiet unuſquiſq; proximum ſuum. Cum quid una uia prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, de reg. iur. Cum quid lib. vi.

Illud aūt ſi ui raptorꝫ bonorꝫ fecerint improbi fures erunt, inſti. de ui bo. rap. Qui res alienas rapit, tenet̄ quidē etiā furti, quis enim magis alienā rem inuito dn̄o contractat, quam qui ui rapit. Ideoq; recte dictū eſt eum improbū furem eſſe.

Sicq; ſecundo habetis, quum dñi ſimus noſtrorum bonorum, quod eius dominij uigore noſtra bona poſſumus alienare, & id quidem iuſte. Nunc ergo dicite uos euangelici ſaccorum tibicines, quo iure monumentis ſepulchrorum ueſtras ædificatis domus. Ita per deum fere a mente mihi deciderat, iure uiolati ſepulchri, cuditis monetã ex deo ſacratis uaſis, in quo unico bene facitis crucis ſignũ uni parti incudere, qua cunctis innoteſcat eccleſiaſtica eſſe bona. At in aliud latus patibulum inſignire deberetis, quo daret intelligi uos fures hæc eccleſijs rapuiſſe. O uos ueteres Chriſtiani inhumati, ſi unquam per ſomniũ & quietẽ menti ueſtræ inſediſſet, ueſtrarũ laude dignarũ ciuitatum inſignia aliquando ad furtiuas res eccleſiaſticas cudenda, aut ex ueſtris præcioſis diuinis ornamentis, meretricibus ornamenta conſui burſas &c. id generis, omni procul dubio pro his nummis ueſtris dilectis puerulis panẽ emiſſetis, quo non ſtaret ſplendidior meretricum chorea ueſtris elemoſinis & diuinis donationibus.

## CONCLVSIO III.

### De tertio titulo. Rei iudicatæ dicto.

Famoſus eſt qui ſibi met ſententiã dicẽs alienis bonis uim intulit, effregit, expilauit. Nam hunc uult lex in uim publice aut priuate crimen incidiſſe, fuſtibus caſtigándũ, & uelut in atrociſſimũ improbũ furem & raptorem animaduertendum.

Tertius articulus iuſte poſſeſſiõis noſtrorum bonorum, quod illa poſſideamus, uigore rei iudicatæ, ſiue ex ſententia iudicis. Et habetur hoc pro re iudicata, quod finem accepit ex ſententia iudicis ff de re iud. le. i. Sed & eiuſmodi res iudicata pro ueritate eſt habenda ff de re iur. Res iudicata. Quum ergo huiuſmodi ſententiæ iudicum legaliter & pro ut de iure factæ ſunt per nullũ anullari debent neq; retro trahi. De re iur. Factum legittime li. vi.

Quando igitur taliũ bonorum noſtrorum ratione in litibus corã uobis ut iudicibus egimus, uos ipſi uel ueſtri priores nobis iſta